

1478. circa 24 Junij

Ex Orig. Arch. Civit. Ant. Varsovie

413.

Libertatio a Solutione Census Sexagenarum.

95

Boleslaus Dei Gratia Dux Mazovie Russie et
Recognoscimus, tenoreque presentium significamus
quibus expedit Universis. Quia cum scientia,
voluntate et Consilio Magnificorum Andreæ
de Raschynce Warschoviensis Zemali de Boru-
lowo wyshegradiensis Castellanorum necnon
Johannis de Radronowo Dapiferi Plocensis et
Cancellarij nostri Centum Sexagenas Grossorum
medijs Grossis à Famosis Consulibus nostris Ci-
vitatis Warschoviensis Anno hoc currenti Con-
sulatui presidentibus et non ab alijs Solutionem
pecuniarum pro Villis Illustri Principi
Domino Conrado Germano nostro Carissimo
obligatis In mutuum accepimus et effectualiter
levavimus Quasquidem Centum Sexagenas grossorum
monete prescripte prænominatis de Con-
sulibus nostris Warschoviensibus Anno presenti
Consulatu presidentibus et non alijs de Censibus
nostris Sancti Martini Nobis annuatim de
Præterio Warschoviensi solvi consuetis nonobstan-
tibus quibuscunque nostris Quittationibus in ante
prioribus vel post ea dandis vel datis plenam
damus et concedimus exigendi, tollendi et le-
vandi potestatem per presentes tamdiu quousque

huiusmodi Centum Sexagenas Grossorum monete
prescripte deditis nostris Censibus pretori War:
schoviensi Consules presentes prenominati
et non alij plenarie et integre exegerint et
effectualiter levaverint de quibus Censibus in
defalcationem dicte Summe Centum Sexage:
narum recipiendis Ipsos Quittamus per pre:
sentes Quittosque et absolutos facimus per pre:
sentes in cuius rei testimonium nostrum Si:
gillum medioere presentibus est appensum
Actum et Datum in Warschovia feria Quinta
ante Sancti Johannis Baptiste Anno Domi:
ni Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo
Octavo.

Ta Kopia z Oryginatu Pergami:
nowego Tysiecznego Siedmsetnego
Osindziastego Piątego Roku,
Dnia Czwartego Miesiąca Sier:
pnia przepisana u którego dotu
na Zawiasce Pergaminowej
wisi Pieczęć ciedna.